

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Societatis Iesu ad S. Annas Aug<sup>st</sup>. 1637

THEOGNIDIS  
MEGARENsis  
SENTENTIÆ ELEGIACÆ  
cum interpretatione & Scholijs  
ELIA VINETI.

ACCESSERVNT ET HORVM  
Poëtarum opera Sententiosa:


Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachij	Menecratis
Callimachi	Posidippi
Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis.
Seniorum libellus.	



Omnia in usum Scholarum collecta, & ad verbum  
conuersa per I A C O B U M H E R-  
T E L I V M Curiensem.

Adiecta quoq; est omnium versio, Latino  
Carmine à diuersis expressa.

Oὐ πέσος δ' ἄπαντος ἐστι δέργας καλῶς.



AMPLISSIMIS,  
PIETATE, PRVDEN-  
TIA, AC ERVDITI ONE  
præstantissimis viris, D.Coss.  
& Senatoribus Reipublicæ  
Salueldensis, Dominis  
ac Patronis suis obseruandiss.

S. P. D.



Vandoquidem Viri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quām id, cui à teneris consuescunt: idq; quod tenerum est, vt ait Seneca, proximis applicatur: vniuersæ hominum societas permagni interest, vt ab ineuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam vitam vsui futura sint, assuescere discant. Quia verò ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quām ad bonum proclivior, minus considerat profuturāne an obfutura sint, quæ tractat: opus est, vt per adultiores, quibus cura eius qualicunq; modo incumbit, à turpibus ad honesta, à vitijs ad virtutum amorem deducatur. Id autem nulla commodio-

A 2 revia,

E P I S T.

re via, quām per liberalem institutionem, fieri potest. Tanta enim eius vis est in utramque partem, ut nulla tam bona possit esse natura, quin illius quasi excolendæ cura intermissa, vitiosa reddatur: nulla item tam mala sit, quæ non ad frugem liberali ac fideli institutione redigatur. Proinde cum adulta hominum ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; sit, quām rudes illi iuuentutis anni, qui instar ceræ quamlibet impressionem facile admittunt: tum generosi mores, ut ille ait, imbuendi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuescendum, eaq; discenda, quæ nec grandinem, nec vim, nec Iouem ipsum, ut Plato inquit, extimescant: quæ quoque cum naufrago salua enatare, nec à latronibus eripi queant, cum ad quævis ceterum adhuc est ingenium. Nam postquam annis iam quasi dirigit animus, partim ægrè, quorum praua consuetudine fuimus infecti, dediscimus: partim, quæ nescimus, non nisi maxima nobis inculcari difficultate possunt. Quò elegantissima metaphora hac respexisse videtur Ouidius:

*Quæ præbet latas arbor spaciantibus umbras,  
Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,  
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Hæc

## D E D I C A T.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil nō egit, vt Republicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum conversationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quam morum virtutibꝫ præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesq; , & cum literis pa- rum vtiles fore homines, nisi honestati vitæ quam primū assuefierent. Plus enim deficere quam proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quævis temerè, & citra deleatum, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pictatem, & præcepta de morum virtutibus continerent, proposuit. In quorum autorum numero, Poëtæ, qui vel mira ingenij industria clarorum Virorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: vel quam breuissimis, maximeq; illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure facile primas obtinuerūt: vnde & nomen illorum in maximo cultu, maximaq; veneratione apud optimos quosuis extitisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidam sol, huiusmodi Poëtas non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tantum

## E P I S T.

abest, ut è Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poëticæ arte ad lasciuiam, turpesq; amores abusi erant) ut & ipse testimonijs eorum vsus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumēta euolendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberimāque apud ipsum Solonis, Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronuntiatus est, Euripide Tragico familiarissimè usum esse, nemo nescit. Μάσῶν θράσποντες καὶ διατῶν ἀροτάτες ab Hesiode & Pindaro nunquamantur. Strabo autem lib. 1. de Situ orbis scriptum reliquit, veteres τὸν πρώτον ποικιλὸν, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quandam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationes perducat, mores atq; affectus edoceat, quæq; gerenda, declinandæ sint, quadam cantus suavitate præcipiat. Et quò magis suam erga huiusmodi θίκτες ποικιλὰς gravitudinem testatam redderent, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq; integritatem excitarent: statuis ac imaginibus eos honestari, poëmata ipsorum in publicis Deorum celebritatibus, alijsq; conuentibus recitari, optimasq; sententias templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis  
Numi-

## D E D I C A T.

Numinibus usurpatas, affigi, nec non aureis  
preciosissimis materijs insculptas ad omnem  
posteritatem conseruari curauerunt. Quem-  
admodum ex Platone, Xenophonte, Pausa-  
nia, Plutarcho, Athenæo, alijsq[ue] vetustissi-  
mis scriptoribus & iam dicta, & alia plura de  
Poëtarum excellentia & utilitate cuius ob-  
uia sunt: nec patitur epistolæ angustia huc o-  
mnia referre. Etsi verò Christianæ professio-  
nis homines, sinceræ Religionis Pietatisq[ue]  
studium non ab huiusmodi autoribus, sed ex  
sacrosanctæ Scripturæ fontibus petere debet  
& possunt, ut quæ sola salutem & æternam be-  
atitudinem per Iesu Christi veri Dei,  
verius hominis meritum credentibus para-  
tam esse monstrat, præceptaque ad Christianam  
vitam utilia copiosissime prescribat:  
tamen Poëtarum quoque (qualium scripta iu-  
uentuti proponimus) lectionem & usurpa-  
tam, & in non contemnendo precio habitam,  
habendamque esse, grauissima sanctissimorum  
in Ecclesia Dei virorum exempla & autori-  
tates comprobant: quarum paucissimas, ob  
eos qui parum dextrè de Poëtis sentiunt, in  
medium proferre placuit. D. Paulum, ele-  
ctum illud Dei omnipotentis organum, Poë-  
tarum libros euoluisse, & ut Clemens ait, ad  
ædificationem curamq[ue] aliorum, testimonijs  
corum uti nō erubuisse, Sacrarum literarum

## E P I S T .

veritas testatur. Sic Act. 17. vbi Deum esse probat, Aratum vetustissimum poëtam citat. 1. Cor. 15. ex Menandro Comico malorum consortia fugienda monet, quod prauis colloquijs boni mores corrumpantur. Creteum mores Tit. 1. ex Epimenide vate Cretensi graphicè depingens ait: κρήτες ἀεὶ τεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀγγού. Gregorius Nazianzenus, ob excellentiam Theologus dictus, scriptis poëtarum mirè delectatus est, & sacrorum carminum volumen posteritati reliquit: quod non solùm priscis temporibus propositum est pueris, vt Socrates, Sozomenus, Orosius & Eutropius scribunt, verùm etiam hodie à doctissimis Viris in delicijs habetur. Quid de Iohanne Chrysostomo Patriarcha Constantinopolitano sub Arcadio & Honorio Imp. Anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam noctu propuluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, Commentarij extant? Neq; mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui virtutum splendor Magni cognomen peperit, verba adscribam, de eorum Poëtarum lectione, qui bonorum hominum dicta factaue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylid-

# D E D I C A T.

cylides, Pythagoras, Solon, Tyrtæus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τέττα παρασκευὴ καὶ ποιῆσαις,  
καὶ λογοποιοῖς. Εἰρήτοροι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, οὐθενὸν μέλλει πέσει τῷ Φυχῆς ἐπιμέλειαν ὥφελειά τις ἔσεσθαι. καὶ μετ' ὀλίγον: εἰ μὲν διὰ οὐκέτης πέσει ἀλλήλῃς τοῖς λόγοις,  
πέντε γονὸν ἀνύμενον ἀντῶν ηγεωσις γένοιτο: εἰ δὲ μῆτρα  
ἀλλὰ τὸ γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὰ  
διάφοραν καὶ μικρὸν εἰς βεβαιώσιν τῷ βελτίοντο. Hoc est: Poëtis & Oratoribus omnibus hominibus utendum, unde futura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ faciat ædificationem. Et paulò post: Et si nostrorum sermonum atque gentilium ulla est conuenientia, nobis illorum valde conferet noticia: sin minus, eos saltem simul conferendo differentiam discere licet, cū ad melioris optionem atque delectum non parum comparatio ualeat, & inferiora sèpe collata sint potioribus ornamento. Nec ab his dissentit Philo sapientissimus, dum libro de Agricultura, de puerorum studijs in hunc modum differit: Φυτεύσω δὲ ταῖς μὲν ἐν ἡλικίᾳ παιδικῇ Φυχαῖς μοχεύματα, ὃν ὁ καρπὸς ἀντὸς τιθηνήσεται. Εἰ δὲ ταῦτα, ητούτη χράΦη καὶ ἀναγνώσκειν έντοχον θητήδευσις, η τοῦ

E P I S T.

παρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀκριβῆς ἐρεύνω, γεωμε-  
τρίᾳ, καὶ ἡ τερψὶ τὸς ρητορικὴς λόγυς μελέτῃ, καὶ  
ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυροῦ παιδείας μάστιχῃ.

Quæ verba Latinis auribus sic sonant: Inse-  
ram autem primūm in puerilis ætatis ani-  
mas, surculos, quorum fructus ipsas enutriat.  
Sunt autem hi, scribendi legendiç certa in-  
dustria, eorum quæ apud sapientes poëtas  
habentur diligens scrutatio, geometria, ora-  
toriæ facultatis meditatio, & vniuersa libe-  
ralis musica. Atq; hæc quidem de Poëtarum  
autoritate & lectione paucis attigisse, non  
planè ἐκτὸς τῶν ἐλεῶν, sufficiat. Haud enim  
parem humeris susciperem prouinciam, si ex  
singulis Christianis scriptoribus (vt de genti-  
lium myriadibus taceam) Poëtarum & lau-  
des colligere, & oforum calumnijs occurre-  
re conarer. Ego itaq; tantorum virorum iu-  
dicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius  
informandæ mihi quoq; cura incumbit, hac  
in parte, quod ad optimorum Poëtarum stu-  
dium attinet, labore quidem duro, animo ve-  
rò non æstro consulere studeo, cum hanc me-  
am esse Spartam non ignorem. Mirificè n.  
peritæ rerum antiquitatis, quæ, vt Plato uult,  
κρείττων ἄμα καὶ ἐγγυτέρα θεῶν ἐχύετο, exemplum  
sequi, & quantum par est, alijs ad idem faci-  
endum autor esse placet. Hac de cauſā, cum  
labores nostros, quos in Comicorum L. scri-  
ptis

## D E D I C A T.

ptis ab interitu vindicandis exhausimus, bonarum literarum studiosis non ingratos animaduerterem : facile, nunquam satis laudati viri D. Iohannis Oporini, Compatriis ac amici mei obseruandi. consilio acquieui, quo me, ut horum quoq; Poëtarum, quos hic damus, scripta collecta iuuentutis studijs communicarem, incitauit. Theognide ergo γνω-  
μικωτάτῳ, cum versione & doctissimis E L I A  
V I N E T I Annotationibus, ex arbitrio D.  
Typographi, præmisso, reliquorum autorum omnium scripta ex diuersis hinc inde autoribus congregamus, congesta fideliter interpretati sumus, & ad puerorum captum quam proximè accommodauimus. Nec iuuenilibus ingenijs inutilem hanc nostram operam fore speramus. Castissima enim saluberrimaq; de moribus præcepta proponit, quæ vsum non pœnitendum in omnes vitæ huius partes, si rectè percipientur, sint allatura. Præterea Græcæ linguæ (quæ comptissima est in his autoribus) cum Latina collatio, non parum emolumenti ad vberiorem eruditionis thesaurum comparandum adfert: ijs præsertim, qui alias viua magistri voce destituti, ipsi sibi præceptores esse in Græca literatura coguntur: vt plures commoditates, quas præter iuniores etiam adulti hinc haurire possunt, sciens præteream. Non pa-

rum

rum tamen doctissima Stobæi interpretatio, vnde non paucas sententias transcripsimus, nos iuuit. Versionem Latino carmine, sui cuiq; interpretis nomine praefixo, ne alienis nos ornare plumis videremur, subiecimus, vt Græcæ elegantia cum Latina melius perspiceretur conuenientia, ab ijs qui iam absq; cortice in Græco studio natare queunt. Non dum carmine reddita, pro nostra tenuitate pedibus astrinximus, ita vt quām proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis varietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Seniorum insertus est, vt quām absolutissimam de moribus, totaq; vita laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poëtarum Opus teneris puerorum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi, vobis inscribere, librumq; Scholæ vestræ consecrare, maximè necessarium duxit, vt sub amplissimi nominis vestri patrocinio (quod quām eximum erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est, quām vt nostro præconio indigat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, morsibus in communem iuuentutis usum prodiret: tum in primis, vt grati tandem

## D E D I C A T.

tandem animi indicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ vestræ in me beneficijs. Cum enim puerilum studiorum partem non postremam Scholæ vestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoribus M. C H R I S T O P H O R O H O F F M A N N O , & I O H A N N E T U M L E R O , (D. C A S P A R E A Q V I L A primariam Ecclesiæ curam gerente ) feram acceptam : gratitudinis officium videbatur requirere, tam pro his , quām pro alijs ciuium vestrorum in me meritis, chartaceo hoc munusculo , cum aliud non esset, testatum omnibus reddere, memoriam humanitatis vestræ non dum apud me senuisse : si forte alij meo exemplo excitati meliora, nominiq; vestro amplissimo magis conuenientia darent , & tandem àχαγισίας turpissimum crimen à Christiano cœtu exulare inciperet. Etsi verò perse fatis exiguum est munusculum hoc, nec dignum quod cum P. V. officijs conferatur : tamen, si pro vestro fauore erga liberalia studia & iuuentutis honestam institutionem, offerentis animum respexeritis, nō minus gratum confido futurum, quām si vel Colophonium aurum à me P. V. oblatum esset. Quæ spes ne me fallat, per eam , qua omnes φιλομέστεροι prosequi soletis, benevolentiam etiam atq; etiam oro. Deus opt. maximus, æternus

Pater

## E P I S T . D E D I C A T .

Pater Domini nostri I e s u C H R I S T I ,  
P. V. consilia & actiones ad sui nominis glo-  
riam, & Ecclesiæ, Scholæque communem  
salutem dirigat, vosque omnes in sui agni-  
tione vera conseruet, Amen. Basileæ, ex  
Ludo literario ad D. Petrum, 8. Calend.  
Febr. Quo die, ut quidam volunt, ante an-  
nos 1527. Paulus Tarsensis ad pœnitenti-  
am reuocatus diuinitùs, hostili in Christia-  
nos animo deposito, C H R I S T I  
dogmata amplexus est: quem-  
admodum Lucas Act.  
9. scripsit.

P. V.

deditissimus

Iacōbus Hertelius  
Curiensis.

# ELIAS VINETVS SANCTO LECTORI.



VM ocij plurimum Anno  
superiore apud Franciscum  
Sangelasium Engulismen-  
sis Ecclesiæ Decanum , vi-  
rum cùm generis splendo-  
re , tum ingenij dexteritate  
apprimè nobilem , nactus  
fuissem : id totum , quantum per aduersam  
valetudinem licuit , in iucundissima Græco-  
rum Poëtarum lectione à me contritum est ,  
qua quidem in re consilium eorum lubens  
secutus sum , qui antiquos scriptores eo le-  
gendos ordine censem , quo & vixerunt , &  
scripserunt : quòd recentiores à vetustiori-  
bus semper habeant quidpiam , quod non fa-  
cile intelligas , nisi prius illos diligenter lege-  
ris . Perlectis igitur , quorum fuit copia , ve-  
tustissimis quibusque , cuiusmodi sunt Ho-  
merus & Hesiodus , Theognidem tandem in  
manus sumpsi : cuius sententias licet graues  
esse non dubitarem , eo tamen intellectu mihi  
faciles fore sperabam , quòd crederem nihil  
esse illic quod à posterioribus , quos aliquan-  
do legeram , non fuisset luculentius tracta-  
tum . Verùm vix dum è portu solueram , cum  
tot subito emergunt scopuli , tot statim ob-  
ortæ

# ELIAE VINETI

ortæ nubes, cœlumque diemque eripiunt oculis, ut à proposito facile his deterritus fuissent: nisi cupidus huius conficiendi æquoris me planè obstinata iam inde cepisset, ex quo primùm à præceptoribus meis, Aristotelis aliorumq; veterum scripta prælegi mihi cœpta fuerant, quæ huius Poëtæ sententijs veluti suauissimis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus animo certum esset, quæ ad tam difficilem periculosamque rem conficiendam conducere visa sunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi sunt cum variorum codicum, locorumq; ex eodem autore ab alijs scriptoribus citatorum diligens collatio: tum syncerum & acre amicorum meorum, virorum doctorum, vñâ cum meo, iudicium: inter quos PETRVS PANATIVS, & IACOBVS GVPYLVS, facile principes. Qua quidem diligētia abscissis, abiectis, transpositis multis, effectum tandem est, vt instituto satisficerim meo, perlegerim bonum poëtam, eorumq; quæ in eo corrupta erant, bonam magnamque partem obiter castigauerim.

Cæterum cum in eo totus essem, IOHANNI LODOICO TILETANO, typographo diligentissimo, rem patefeci, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exemplaris gra-

## E P I S T O L A.

ris gratia aliquando me contulisset : quam  
vbi intellexisset, rogauit vehemēter, vt si quid  
haberem ī eum autorem, quem esset breui  
exculrus, communicarem : me sibi, studio-  
fisq; omnibus gratum facturum. Id autem  
perfacile impetravit ille, quando in eunte hac  
estate huc veni, candide lector : cui in tuā  
gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit  
nostrī in Theognidem laboris, quem autorem  
vtinam tam totum restituere omnino potuis-  
sem, quam cupiebam. Is enim tam depraua-  
tus fuit, tam lacer, tam mancus, vt nulla dili-  
gentia, nullo labore, nullis deniq; quantilibet  
vigilijs id præstare potuerim. Quæ res in cau-  
sa est, vt in Latinum sermonem à me conser-  
sum non habueris. Quod reliquum igitur hic  
desiderabitur, id ab alio interim dum fœlicius  
expectabis, nostro hoc labore, quantuluscun-  
que est, fruaris, cumq; boni consulas  
velim. Vale, Lutetiaz. Calen-  
das Sextil. 1543.

B

T H E-

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

S O L O N I S

Ex eodem.

*Ipse enim omnium rex & dominus est,  
Et uel ex mortalibus nemo imperium tale habet.*

Eiusdem.

*Omnibus hominibus obscura mens deorum est.*

Eiusdem Solonis.

*Primum quidē Iouem dominumq; regemq; precamur,  
Ut legibus his prosperū successum et gloriā largiatnr.*

Apollo ad Solonem.

*In media naue gubernatoris munere*

*Subiens, multi Athenienses tibi aderunt adiutores.*

Eiusdem Solonis.

*Nūc autē Veneris et Bacchi munera grata mihi sunt,*

*Et Musarū, que gaudio homines afficiunt et recreant.*

Eiusdem.

*Senesco autem semper multa discens.*

F I N I S R E L I Q V I A R V M

Solonis.

E X T Y R T A E O, D E V I R-  
tute bellica.

A V D A C I A E L A V S.

**N**on memorādus mihi uir, nec in precio habēdus  
Seu uirtutis pedū seu gratia lucta: (uiderunt:  
Neg, si Cyclopum habeat magnitudinem & robur,  
Et currendo vincat Thracium Aquilonem:

Et

σκτ̄ αὐτ̄.

αὐτὸς γῳ τάντων βασιλεὺς καὶ κοίφανος ἐστι  
ἀθανάτων τε, οὐδὲ τις ἐρήμως κράτος ἀλλα.

τὸν αὐτὸν.

πατὶ δὲ ἀθανάτων αὐτοῦ τότε αὐθούποισι.  
τὸν αὐτὸν.

πεῖται μὲν εὐχόμεθα διὰ κρονίδην βασιλῆι,  
θεομοῖς τοῖς δέ τύχειν αγαθοῖς καὶ κῦδος ὀπάρων  
δοτέλλων πρὸς σόλων.

ἥτις μέστις κατὰ τὴν κυβερνητήσαν ἔργειν  
εἰπών, τολλοὶ τοὶ ἀθλεῖσιν ὑπίκερος.  
τὸν αὐτὸν σόλων.

ἔργα δὲ κυπρογενῆς νηῶ μοι φίλα, καὶ διούστα,  
καὶ μετέων, ἀ τίθηστιν ἀνδράσιν εὐφροτιάς.  
τὸν αὐτὸν.

γηράσκω δὲ αἰσὶ τολλὰ διδασκόμενον.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΣΟΛΩ-  
ΝΟΣ ΣΩζομένων.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ,  
τερτὶ τολεμικῆς ἀρετῆς.

ΕΠΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

Οὗτος ἀν μηταιμίων, τοτὲ εὐ λόγω ἀνδρας θείου,  
τοτε ποδῶν δέεται, τοτε παλαισμοῖς τοις:  
τοδὲ εἰς κυκλώπων μὲν ἔχει μέγεθος τε βίλεως,  
τικώη δὲ Θέων Θεοῖς τοις βορέοις.

Et forma sit vel ipso Tithono præstantior,  
 Et locupletior quam aut Midas aut Cinyras reges:  
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno vincat,  
 Linguamq; Adrasti suauissimam habeat.  
 Neq; si gloriā omnē præter bellicā fortitudinē habeat,  
 Non enim vir bonus est in bello,  
 Si non sustineat cædem videre cruentam,  
 Et proprius hostem stare cupiat.  
 Hec virtus est, hoc optimum inter homines præmium,  
 Et maximè decorat virum iuuenem, à quo geritur.  
 Commune hoc bonum est ciuitati, & uniuerso populo,  
 Si quis vir progressus inter pugnantes in prima acie  
 Costater, turpisq; fuga prorsus obliniscatur, (maneat,  
 Vitam & animum patientem obiciens periculo.  
 Animetq; ad mortem obeuntem proximū virum astas:  
 Hic vir bonus est in bello.  
 Statim vero hostium in fugas versit phalanges  
 Afferas, suaq; industria prælii fluctus regit.  
 Ipse aut in prima acie prostratus charā amittit vitā,  
 Ciuitatem, & populos, & pairem honestans:  
 Multis per pectus & scutum rotundum vulneribus,  
 Et per thoracem sib; anteriore parte fauciatus.  
 Hunc vero lugent paruer iuuenes, senesq;, (tur.  
 Et gravi desiderio tota ciuitas funus ipsius prosecuitur.  
 Huius sculchrū, et libcri inter homines præclaris sunt,  
 Itemq; nepotes, & omne posteriorum genus.

S E N T E N T I A.

ὁδὸς εἰ τιθωνοῖ Φυλὴ χαριεστερῷ ση,

πλαγτοίη ἡ μίδεω καὶ τὸ κινύραστο πλέον:

ὁδὸς εἰ ταντάλιδεω πέλοπος Βασιλεύτερος εἴη,

γλῶσσαν δὲ ἀδρέτας μελιχόγηψα εἶχε.

ὁδὸς εἰ πᾶσαν ἔχει δόξαν, πλὴν Θύριδος ἀλκῆς.

Ἐγὼ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται εἰ παλέμω,

εἰ μὴ τετλαῖη μὲν ὄφων Φόρον αἱματόεντα,

καὶ δηίων ὁρέγεστ' ἐγκύθειν ισάμενον.

ἡδὲ δρετὴ, τόδε ἀεθλον εἰ πανθρώποισιν ἀριστα,

καλλιστόν τε Φέρδη γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.

Ζωὴν δὲ εὐθὺς τότε πόληι τε παντὶ τε δύμω,

ὅσις ἀνὴρ διαβάτης εἰ πειμάχοισι μέρη

πλευρέως, αἰχράς ἡ Φυγῆς θητιπάγχυ λάθηται,

Φυχίων καὶ Θυμὸν τλήμονα παρθέμειον:

Ταρσωνη ἡ πεσεῖν τὸν πλησίον ἀνδρα παρεστῶς:

Ἐτούτοις ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται εἰ παλέμω.

αὐτὰς ἡ δυσμενεών ἀνδρῶν ἐπρεψε Φάλαγγας.

πρηγέας, προδῆτος ἔρχεθε κῦμα μάχης.

αὐτὸς δὲ εἰ πειμάχοισι πεσεῖν Φίλον ὠλεσε Θυμὸν,

ἄνυτε καὶ λαὸς καὶ πατέρες εὔκλείσας:

πολλὰ διὰ τέρνοντο καὶ ἀσίδες ἴμφαλοεστη,

καὶ διὰ Θωρηκος πέσεθεν ἐληλαμένον.

τὸν δὲ ὄλοφύρεοντας μὲν ὄμως νέοι, ηδὲ γέροντες,

δρυγαλέων ἡ πόθω πᾶσα κέκηδε πόλις.

καὶ τύμπος, καὶ παιδεῖς εἰ πανθρώποις δρίσημοι,

καὶ παιδῶν παιδεῖς, καὶ γῆς ἐξοπίσω.

Tal. xi-

νύρεω

Βάθος

T Y R T A E I

Nunquam eius bona gloria interit, neq; nomen ipsius:  
Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.

Quem se fortiter gerentem, manentēq;, et pugnantem,  
Propatria & liberis vehemens Mars peremerit.

Quod si effugerit sorte mortis longū inducentis sopore,  
Et vittoria potitus splēdidā gloriā pugna auferat,

Ipsum ex aquo omnes iuuenesq;, senesq;, colunt,  
Multisq;, iucundis affectus ad orcum abit.

Senescens autem inter cines praecepsit, neq; quis illam  
Ladere, nec irrcuerenter nec iniuste cupit.

Omnesq;, in sedibus iuuenes simul & aquales  
Loco cedunt ei, quiq;, maiores natū sint.

Huius igitur virtutis ad summū peruenire, nunc ali-  
Nitatur animo, non remittens bellum. (quis  
Eiusdem : alias Callini.

Quamdiu torpetis? quando strenuam habetis animam  
O iuuenes? an non veremini vicinos,  
Ob tantam ignauiam? In pace autem vobis videmini  
Sedere : sed bellum totam regionem infestat.

Quin scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat;  
Et alius moriens ultimò iaculum emittat.

Honori enim est & ornamento viro, pugnare  
Propatria & liberis & tenera uxore  
Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandocunq;,  
Parce destinauerint. Sed age quispiā rectā pergit  
Extensio in altum gladio, & sub scuto forte pectus

Foneat.

S E N T E N T I A .

χόρε ποτε κλέος ἐσθλὲν ἀπόλλυται, οὐδὲ σὺν αὐτῷ,  
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς περέειν γίγνεται ἀθάνατος,  
 οὐ τινὸς δηριεύοντα, μένοντά τε, μαρνάμενόν τε  
 γῆς πέρι καὶ παίδων Θάρρῳ. Αὕτη ὁλέση,  
 εἰς τὸ Φύγοις μὲν κῆρα τανηλεγέθε θανάτοιο,  
 πικήσας δὲ αἰχμῆς ἀγλαὸν εὔχος ἔλοι,  
 πάτερε μὲν τιμῶσιν ὄμοις νέοι, ηδὲ παλαιοί,  
 πολλὰς δὲ τερπνὰ παθῶν ἔρχεται εἰς αἴδην.  
 γηράσκων δὲ ἀσοῖσι μεταπτέρῳ, οὐδὲ τις αὐτὸν  
 βλάπτειν, εἴτε αἰδηνές εἴτε δίκης ἔθελε.  
 πάτερε δὲ οὐ θάκοισιν ὄμοις νέοι, οἱ γε κατ' αὐτὸν  
 ἔκποστοι χώρης, οἵ τε παλαιότεροι.  
 ταύτης νωρὶ τις ἀνὴρ δρέπτης εἰς ἄκρον ἵκεσθαι  
 προάσθω, Θυμὸν μὴ μεθιεῖς πολέμου.  
 τοῦ αὐτῷ, η Καλλίνυ.  
 μέχρις τοῦ καλάκοδε; πότε ἄλκιμον ἔζετε Θυμὸν,  
 οὐ νέοι; οὐδὲ αἰδηνόν αἱ φιπερικίους,  
 ὅδε λίλων μεθιέντες; οὐ σίρινη δὲ δοκεῖτε  
 ἥδας, ἀτὰρ πόλεμῷ γαῖαν ἀπασπανέχει.  
 \* εὗνού τις ἀστίδα θέσθω ἐναντίως πολεμίων. \* Hunc  
 καὶ τις διπλήσιαν ὕδατον ἀκοντίσατω.  
 πιμητέ τε γάρ εἰς καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι  
 γῆς πέρι, καὶ παίδων, κυριότητος τὸ ἀλόχο  
 δυσμενέσιν. Θάνατος δέ ποτε εἰσελαῖται πότε κεν δῆ  
 μοῖς ταῖς ἐπικλώσεσσι. ἀλλά τις ιθὺς ἵτω,  
 εἴγχος ἀναγόμενος, καὶ ὑπὸ ἀστίδος ἄλκιμον ἤτοι pleuit.  
 εἶλος

hexa-  
metrū  
D. Ca-  
merari  
us de  
suo sup-

T Y R T A E I

Foueat, cùm primum incipit committi pugna.  
Non enim mortem effugere fatale est  
Virū, neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.  
Sepe quis elapsus è pugna sonituq; telorum  
Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.  
Atq; hic sane nec amicus est populo, nec gratus:  
Illū uero magnus et praus deflent si qd passus fue-  
Vniuersus enim populus virum fortē desiderat (rit.  
Defunctum, viuentem vero instar semidei colst.  
Nam corām intuentur illum uelut turrim;  
Quippe solus multorum aquat facinora.

Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus inuictum estis:  
Confidite, nondum Iouis facies auersa est à nobis.  
Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,  
Quin rect à quisq; hostibus scutum obuerat.  
Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,,  
Sed solis splendori gratum subiturus fatum.  
Nostis enim quām grauia sint Martis luctuosi opera,  
Nostis etiam impetum permolesti belli.  
Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,  
Iuuenes, utrung; satis experientis.  
Nam ex illis qui audent una persistentes  
Cominus in hostes aduersos impetum facere,  
Perpauci occidunt, retroq; seruant populum:  
Timidorum autem virorum omnis perire virius.

Vix

S E N T E N T I A.

ἔλσας τὸ πεῖτον μηγυνμένης πολέμου.

Ἐγάρων θάνατόν γε Φυγεῖκειμαριέτου ἐστί.

ἄνδρε, καὶ δὲ εἰ περιγόνων οὐ γένθει αὐτανάτων.

πολλάκι δημιότητα Φυγάντων δὲ πονηρών αὐτῶν  
ἔρχεται, τοῦ δὲ οἴκω μοῖρα κίχει θανάτῳ.

ἄλλος οὐ μὲν ἐκ ἐμπατού δήμως Φίλος, ἀλλὲ ποθίνος :

τὸν δὲ ὄλιγος σενάχθι, καὶ μέγας, ηὗ τι πάθησε  
λαῷ γὰρ ξύμπαντι ποθέθει κρατερόφρονθει ἀνδρός.

Τηῆσκοντο, ζώων δὲ αὖτε ηρειθέων.

ἄστει γάρ μιν πάρεγον τὸν ὄφειαλμεῖστιν ὁρῶσιν,

ἴρδει γὰρ πολλῶν αὐτοῖς μεγάνθει εἰσιν.

τῇ αὐτῇ.

ἄλλος Ηρακλῆς γὰρ αὐτοῖς τούτοις οὐτέ :

Θαρσεῖτε, τὸ πάντα ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.

μηδὲ αὐτῶν πληθωρά δίκαιαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,

ιθὺς δὲ εἰς πειράχεις αποιδὲ αὐτῷ ἔχετε,

ἐχθρὸν μὲν Φυγέλεω Θέμινος, θανάτῳ δὲ μελαινάς

αὐγαῖσιν κῆρας ηλίοιο Φίλας.

ἴτινας δέ τοι πολυδικρύτες ἔργον δέσιδηλοι,

εὖ δὲ ὄργην ἐδάητε δέγαλές πολέμου.

καὶ μετὰ Φυγεύοντας τε διακόντων τὸν ἔγενεσθε,

ὦ νέοι, αἱμοφορέοντες δὲ εἰς κήρου ηλάσσατε.

οἱ μὲν γάρ τοι μεῖστοι παράλληλοισι μένοντες,

εἰς τὸν αὐτοχεδίην καὶ πειράχεις οἴνοι,

παρότεροι Τηῆσκοι, σάκοι δὲ λαὸν ὅπιστοι:

πρεστάται δὲ αὐτῶν πᾶσι διπόλωλ δέστη.

αὐτοῖς

Vix autem aliquis verbis explicare possit,

Quanta incurrat mala vir qui se turpiter dederit,  
Ignominiosum namq; est tergum sanciare

Viri fugientis in aduerso prælio.

Turpe quoq; est cadaver in puluere prostratum,

Aq; ergo hasta cuspide vulneratum.

Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede

Terra infixo, labia dentibus præmordens:

Femora & tibias inferne, nec non pectus humerosq;

Lati clypei umbone contegens.

Dextra vero manu validam hastam torqueat,

Terribilemq; in capite cristam excutiat.

Fortia aggrediens facta discat bellare,

Nec a telis procul absit clypeum gerens.

Sed congregiens quispiam, cominus longa hasta

Vel gladio percussurus, socium sibi accipiat:

Pedem pedi iungens, clypeumq; clypeo admouens,

Nec non cristam crista, galcamq; aptans galea,

Pectori q; obuerso pectore contra hostem pugnet,

Vel gladij capulo, vel hasta prælonga arrepta.

Vos autem lenis armaturæ milites sub scutis aliunde aliq;

Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,

Hastasq; laues contorquete in hostes,

Vestrarum prope armaturam permanentes.

Eiusdem.

Praclarum est, in prima acie si occidat

εἰδ' εἰς δ' αὖ ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσθεν ἔκαστον,  
οὐας, ἀναιχρόν πάθη, γίγνεται ἀνδρὶ κακὰ.  
δρυσαλέον γὰρ ὅπισθε μελάφρενόν ἐστι δαιζεῖν  
ἀνδρὸς Φεύγοντος δῆμῷ σὺ πολέμω.

αιχρός δ' ἐστὶ νέκυς πατακείμενος σὺ κούπησι  
νῶτον ὅπισθε αὐχμῇ δύρρος ἐληλαμένος.  
ἄλλα τις εὗ διαβάστι μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι  
σηριχθεὶς οὐτὶ γῆς, χεῖλος ὁδὸσι δακῶν:  
μηρὸς τε κυρίμαστι τε κάτω, καὶ σέρνα καὶ ἄμφες  
ἀστιδὸς εὑρεῖης γαστρὶ καλυψάμενος.  
δεξιτερῆ δὲ σὺ χειρὶ τινασσέτω ὥστριμον ἐγχέοντος,  
κινεῖται δὲ λόφον δύνοντος πάντερ κεφαλῆς.

ἔρδων δὲ ὥστριμον ἔργα διδασκέοντα πολεμίζειν,  
μηδὲ ἐκτὸς βελέων ἐσάτω ἀστίδ' ἔχων.  
ἄλλα τις ἐγγὺς ιών, αὐτοχθεδὸν ἐγχεῖ μαχρῷ  
ἡ Ξίφῳς τάξιον δῆμον ἀνδρὸς ἐλέτω:  
καὶ πόδα πάρ ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀστίδος ἀστίδ' ἔρεις  
σὺ δὲ λόφον τε λόφῳ, καὶ κινέειν κινέῃ, (σας,  
καὶ σέρνοντα σέρνω πεπαλημένος ἀνδρὶ μαχέσθω,  
ἡ Ξίφεος κώπιων, ηδόρυ μαχρὸν ἐλῶν.

ἱμέτις δὲ ὡγυμνῆτες οὐτοὶς ἀστίδος ἀλλοθεν ἄλλο  
πιώσοντες, μεγάλοις βάλλετε χερμαδίοις,  
δύρρεσσί τε ξεισοῖσιν ἀκοντίζοντες εἰς αὐτὸς,  
ταῖσι πανοπλίαις πλησίον ἴσαμενοι.

τὸν αὐτὸν.

τεθνάμεναι γὰρ καλὸν οὐτὶ πειραχθεῖσι πεσόνται.

N

ἀνδρὲ

*Vir bonus, propatria sua pugnans.*

*At qui urbe sua pinguisq[ue] arnis relictis*

*Mendicare cogitur, omnium est miserrimus;*

*Cum chara matre uagans, & sene parente,*

*Cumq[ue] parvulis filiis, & adolescentula uxore;*

*Inuisus namq[ue] erit ad quoscunq[ue] peruenierit,*

*Indigentia vietus & odiosa paupertate,*

*Genus suum infamat, & formam decoram turpat,*

*Omnis generis anxietas, & mala cum sequuntur.*

*Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura*

*Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.*

*At nos animo forti pro terra hac pugnemus, & pro li-*

*Moriatur, nequaquam vita parcentes. (beris)*

*O iuuenes, arcte iuicem iuncti pugnate,*

*Neg[ue] turpis fuge, aut timoris initium facite!*

*Sed magnum fortemq[ue] concipite animo impetum:*

*Nec pugnantes aduersus hostes vita ratione habete.*

*Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agi-*

*Grandanis relictis ne fugite. (Isa,*

*Turpe enim est, si in prima acie prostratus*

*Iaceat ante iuuenes vir senior,*

*Forte Candidum iam habens caput, barbamq[ue] canam-*

*paren-* *Animam efflans fortens in puluere,*

*thesi* *Cruenta charis manibus pudenda tegens,*

*Inclu-* *Qua oculis intueri & turpe & indignum est,*

*denda* *Et denudata corpora: iuuenes autem prorsus decet,*

*sunt\*.*

*Ut*

S E N T E N T I A.

ἄνδρά γαθὸν, περὶ ἡ τατεῖδι μαράμενον.  
 τὴν δὲ αὐτὸν περιπόντα τόλιν καὶ τίσας ἀγέτε  
 πλαχεύειν, τάντων ἐστὶ οὐκιηρότατον:  
 πλαζόμενον σὺν μητρὶ Φίλῃ καὶ τατεῖ γέροντι,  
 ταῖσι τε σὺν μικροῖς, καρδίη τὸν ἀλόχω.  
 ἔχετε μὲν γὰρ τοῖσι μετέσεταις καὶ τίκται,  
 λεπτοσωμῆτι ἕκανε καὶ συνερῇ τανίη.  
 αἰχμῶντε γένθω, κατὰ δὲ ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,  
 τᾶσα δὲ ἀθυμία καὶ κακότης ἐπεται.  
 εἴθεταις ἀνδρός ταῖς ἀλωμέναις δόμεις ὥρᾳ  
 γίγνεται, εἴτε αἰδώς εἰς ὅπιστα τελέθει.  
 Συκῷ γῆς πέρι τῆς δε μαχώμεθα, καὶ περὶ ταίδε  
 θυήσκαμεν, Ψυχέων μηκέτι Φρόδόμενοι.  
 ὁ νέος ἀλλὰ μάχεσθε παρὰ ἀλλήλαισι μένοντες,  
 μηδὲ Φυγῆς αἰχμᾶς ἀρχετε, μηδὲ Φόρος.  
 ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἀλκιμον ἐν φρεσὶ Θυρῷ,  
 μηδὲ Φιλοψυχεῖτε ἀνδράσι πραγμάτευσιν  
 τὰς δὲ ταλαιπόρες, ὡς ἔχετε γύνατας ἐλαφρὰ,  
 μὴ καταλείποντες φεύγετε τὰς γεραῖς.  
 αἰχρὸν γὰρ δὴ τῦτο μετὰ πειμάχοισι πεσόντα  
 κεῖσθε πρόσθεντας ἀνδρας ταλαιπότερον,  
 ἢ δηλῶκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένορον.  
 Συμβού διπονεῖσθε ἀλκιμον ἐν κονίῃ.  
 αἰματόεντες αἰδοῖς Φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντας,  
 αἰχράτα γένθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ιδεῖν,  
 καὶ γέροντα γυμνωθέντας πειστες ἐν τάντον ἐπέοικεν,

N A V M A C H I I

Ut pubertatis flos sit eis pulcher \*.  
 Viris quidem mortalibus, et mulieribus visu amabilit  
 Est, viuis adhuc strenuus aut, si in prima acie ceci-  
 Sed progressus ad pugnā q̄ spicā māeat ut roḡ pede (derit.  
 Terra infixo, labia dentibus premordens.

F I N I S C A R M I N V M

Tyrtæi.

E X N A V M A C H I I S C R I-  
 ptis sententia.

**P**ulchrum sānē est, corpus castum habere, intā-  
 etamq̄ manere.

Virginem, & puris semper cogitationibus delectari.  
 Neconus circa laboriosa ilia gestantem,  
 Neq; dolores trementem suspiciosos Lucina:  
 Sed permanere quasi reginā imbecillum mulierum,  
 Oculum anima splendidum ad eam vitam erigendo,  
 In qua gloriose veraq; sunt nuptiae, ubi commixta  
 Diuinis verbis lumine plena meditationes parit.

Quōd si te aliena vita desiderium capit,  
De ista quoq; prascies dicam, quō te oporteat confidere  
Nauigationem, ut aiunt, secundam animo lato.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreuerint:  
 Et si fuerit prudens, felicissima es: si aliter  
 Virum sortita fueris, ferre & ipsum oportet.

Sed

S E N T E N T I A.

ὅφρα ἀρετῆς πήδης ἀγυλαὸν ἄνθος ἔχη.  
ἀδράσι μὲν Θεοῖσιν ίδεν, ἥρατος δὲ γυναικί<sup>τη</sup>  
ζώσ εἶν, καλὸς δὲ ἐπερμάχοισι πεισών.  
ἄλλα τις εὖ διαβάσ μενέτω ποσὶ γάμῳ φορέοισι  
σηριχθεῖς οἵπερ γῆς χεῖλος ὁδῶσι δακὼν.

T E L O S TΩΝ

Τυρταίος.

E K TΩN NAYMA.

χίος, γνωμικὰ.

K Αλὸν μὲν δέμας ἀγυπτέχθυ, ἀδμητά τε μόνον  
παρθενικὸν, καθαροῖσι τ' αἰτὲ μελεδήμασι χαίρει:  
μήτε βαρύληγτων λαγύοντων περι Φόρον ἀγυγσαν,  
μήτε τόνον τρομέχσαν ἀγάπεον εἰλειθύης:  
ἄλλ' ηθας βασίλειαν ἀφαιρῶν Θηλυτεράν,  
ψυχῆς ὄμημα Φαδὸν υπὲρ βιότοντο χέχσαν,  
ἴδια γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθέες, ἐνθα μηγεῖσα  
διατεστίοις ἐπέειστο νούματα Φάεα τίκτει.  
ἢ δέ σε καὶ ξυροῖο πόλιθοι βιότοιο κιχάνει,  
καὶ τῦτο πειδαῖς ἐρέω, πῶς ζητήσει περῆσαι  
τὸν πλάνην, ὡς Φασιν, τὸν δεύτερον εὐφρόνιον Θυμῷ.  
ἔστω σοι πόσις θεός, ὃν ἀν κρίνωσι τοκῆς:  
καὶ μὲν ἡ πικνυτὸς σὺ μακαρτάτη: εἰ δέ κεν ἄλλως  
ἀνέρα μοιράσαιο, Φέρειν καὶ τῦτον ἀνάγκη.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

S E N T E N T I A.

Apollo ad Solodem:

Puppe gubernator media stans dirige cursus:

Subsidio multi venient, ne differ, Athenis.

Eiusdem Solonis.

Grataq; sunt Venerū nobis, & dulcia Bacchi,

Quaq; viriū Muse munera latriferunt.

Eiusdem.

Dum propero ad senium, discere multa libert.

Finis carminum Solonis.

E T Y R T Æ O , C L A V D .

Monsello interprete.

N On ego vel cursus, vel clara nomine lucta,

Commemorare virum nec celebrare velim:

Nec si corporeis Cyclopas viribus aquet,

Et celerem currens antevolet boream:

Nec si Tithono fuerit formosior ipso,

Sitq; Midas longè dñior, aut Cimyra:

Nec si vel Pelope audaci mage regius esset,

Linguaq; Adrastao plena lepore fluat:

Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica virtus:

In bello quoniam strenuus esse nequit,

Si non sustineat cadem spectare cruentam,

Conserat & denso primus in hoste manum.

Illa quidem virtus, atq; optima premia ferri

A iuuenē ingenti nec sine laude solent.

Spes & fida salus populi est totius & urbis,

Qui primos inter continua arma gerit:

Nec

## TYRTEI

Nec fugere omnino didicit, nec vertere terga,  
 Audaci est animo: cuncta pericula subit.  
 Hortaturq; mori focium, & discrimina ferre,  
 Ille vir in bello strenuus unus erit.  
 Tamq; hostile premens magna vi contudit agmen,  
 Rexit & arbitrio nobile Martis opus:  
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,  
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,  
 Postquam iclus crebros dissecto vmbone recepit,  
 Vndiq; vulneribus saucia membra gerens.  
 Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;  
 Et summa exequias vrbs pietate facit.  
 Multus honos tumulo, natisq; rependitur eius.  
 Et soboli illorum, qua genus inde trahet.  
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:  
 Immortalis enim est, si licet in tumulo,  
 Quisquis in armis ruens, nec saeuo a Marte recedens.  
 Pro patria & natis fortiter occiderit:  
 Si vero incolumis mortem vitarit acerbam,  
 Rettuleritq; suo parta trophya manu.  
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;  
 Et bona percipiens plurima latus obit:  
 Affactus senio toti gravisimus vrbi est,  
 Prorsus & hunc ipsum ledere quisq; cauet.  
 Turba senum iuuenumq; loci concedit honorem,  
 Nullus & equalis se equiparare velit.  
 Ergo aliquis tanta virtutis tangere culmen  
 Conetur, toto pectore bella petens.

Eius-

S E N T E N T I A.

Eiusdem, vel Callini.

O iuuenes, quid vult sibi tanta ignauia? vbinam

Sunt animi? num de finitimiis rubor est

Segnitem ob vestram? secura pace potiri

Creditis: at bello patria tota tremit.

Quilibet audacter mauortia surgat ad arma:

Atq; aliquis moriens ultima tela vibret.

Propatria pulchrum est, natisq; & coniuge chara

Pugnare, & valida bella ciere manu.

Mors aderit, cum fata volent, iam quis mihi recta

Prodeat in pugnam, cum citò cœpta fuit,

Tollens terribili gladium virtute, tegensq;

Fortia prægrandi pectora sub clypeo?

Effugere haud ulli mortem conceditur, et si

A superis ortum duceret ipse suum.

Sæpe quis à bello, telusq; reuersus, & hoste,

Repperit in proprijs adibus exitium:

Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli:

Illum autem deslet cum iuniore senex.

Quippe sui desiderium post fata relinquit

Fortis, at in vita est semideo similis.

Conficitur siquidem veluti fortissima turris:

Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcidæ sed enim genus insuperabile, fortis

Est animo: nondum flexa lous facies.

Vos ne turba virūm, densus ne terreat hostis:

Omnis in aduersos obuia tela gerat.

Inuisamq; adeò statuens abrumpere vitam,

Praci-

T Y R T E I

Precipiti cursu malit obire semel.  
Noctis enim quam sint horrenia pralia Martis,  
Noctis & armigera quanta sit ira dea.  
Terga cecidisti partim, partimq; fugati  
Estis, & experti scitis utrumq; satis:  
Qui persistant simul, & primi certamina tentant,  
Audentes animo cominus arma sequi.  
Perpauci moriuntur; & a tergo agmina seruant:  
Ast hominis timidi gloria tota perit.  
Vix malâ quis verbis perstringere singula possit,  
Quæ vir, qui in bello turpia gesit, habet:  
Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis  
Lethali gladio terga secare viri:  
Turpe & puluera stratum tellure cadauer,  
Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.  
Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;  
In terra, stricto dente labella premens:  
Et latum obijcens clypeum protendat ad ictus,  
Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegat:  
Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,  
Et summo pendens vertice crista tremat.  
Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem:  
Nec procul à telis perstet habens clypeum.  
Congrediens aliquis gladium vibrando, vel hastam,  
In pugnam, socium cominus accipiat.  
Cum pedibusq; pedes, cum scutis siuit a coaptans,  
Cum crista cristam, cum galea galeam:  
Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,  
Sive tenens hastam, sive tenens gladium.

S E N T E N T I A.

At vos , qui lenibus nudi trepidatis in armis ,  
Grandia præualida mittite saxa manu :  
Atq; hostes contra teretes torque te sagittas :  
Nec quis ab armatis ausit abesse viris.

Eiusdem.

Gloria magna viri est , qui primas ante phalangas  
Occubuit , patriæ nomine bella gerens .  
At miserum est , aliquis patria cum pulsus & agris ,  
Mendicans viçtum querit vbiq; suum ,  
Et cbara cum matre , sene & genitore vagatur ,  
Vxorem iuuem pignora parua trahens .  
Namq; odiosus erit , quamcunq; migrarit in urbem ,  
Vt qui pauperiem pergraue gestet onus ,  
Et genus infamat , & forme turpat honorem :

Denique & anxietas & dolor omnis adest .

Atq; viri tandem per tot discrimina tracli  
Qui pudor ? aut que animum tangere cura potest ?

His nos pro patria , & natu moriamur in armis ,  
Nec vitam metuat perdere quisq; suam .

O iuuenes propè conferti Mauortis obite  
Pralia , nec turpi vertite terga metu :

Audaces quine stile animis , & pectore forti ,  
Inter pugnandum nec sit obire graue .

At quies iam nec membra vigent , & quassa pedum via ,  
In bello pudeat deseruisse senes .

Infame hoc & turpe nimis , iuuenum ante cateruas ,  
In primis senior si cadat agminibus :

Canos iamq; gerens barba , capitusq; capillos ,  
Exhalans animam pulueream per humum :

Atq;

N A V M A C H I I

Atq<sub>z</sub> tenens manibus r<sup>o</sup>ssper sa cruore pudenda,  
Cernenda iratis non nisi luminibus:

Omnia persimilis iuueni, conamine magno

Vt pubertatis flos sibi detur, agit.

Ille oculis hominum gratus, dum viuit, habetur:

Strenuus at primis cæsus in agminibus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus vt roq<sub>z</sub>,

In terra, stricio dente labella premens.

E N A V M A C H I O , S I M<sub>A</sub> V A L -  
lamberto interprete.

E xpertem veneris satius mansisse, pudore

I ndomito, & puris meditari gaudia curis:

Atq<sub>z</sub> vtero nullum grauidanti tollere pondus,

Lucina & duros non formidare labores.

A st in faemineo reginam accumbere catu,

M entis eò vita mittentem lumina, verum

In qua connubium pulcrumq<sub>z</sub> iugatur, & in qua

Diuinis clars monitis parit ob sita sensus.

Quod si te ignota vita subit alta cupido,

Dicam equidem prudentis, qua tu ratione secundis

Hanc ducas nauem ventis, at pectore lato.

Hic tibi sit coniux quem decreuere parentes.

Vives, si fueris prudentem nacta beatè:

Sin secus, hunc animo fas est tolerare libenter.

Quod si quid suadens prudenti fuderit ore,

Obsequitor: morum nec sit discordia, blandia

Ac potius verbis tristes huic exime curas.

E st indignanti coniux doctrina maito,

Ille foris tractet qua posuit munera rerum:

ipsa

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

S E N T E N T I A.

Eiusdem.

*Cum sis, nihil assere stabile est  
ubi videris hominem, certa  
aetatis promitte. etenim  
a volucris res in morem  
stantia rotat humanas.*

Eiusdem.

*Villus expers criminis, nec mortis est.*

Eiusdem.

*arma fugias, fata non fugies tamen.*

Eiusdem.

*ice casis cor memoriam non supra  
tenebis, si cor habeamus, diem.*

F I N I S.

L I P S I A

Iohannes Rhamba excudebat

Anno

---

M. D. L X X V I.